A. D. 1918. Nrus I.

CURRENDA

De temporibus sacris.

Codex Jur. can. lib. II., Sectio II., tit. XIII., XIV.

Can. 1243.

Tempora sacra sunt dies festi; iisque accensentur dies abstinentiae et ieiunii.

Can. 1244.

§ 1. Dies festos itemque dies abstinentiae et ieiunii, universae Ecclesiae communes, constituere, transferre, abolere, unius est supremae ecclesiasticae auctoritatis.

§ 2. Ordinarii locorum peculiares suis dioecesibus seu locis dies festos aut dies abstinentiae et ieiunii possunt, per modum tantum actus, indicere.

Can. 1245.

§ 1. Non solum Ordinarii locorum, sed etiam parochi, in casibus singularibus iustaque de causa, possunt subiectos sibi singulos fideles singulasve familias, etiam extra territorium, atque in suo territorio etiam peregrinos, a lege communi de observantia festorum itemque de observantia abstinentiae et ieiunii vel etiam utriusque dispensare.

§ 2. Ordinarii, ex causa peculiari magni populi concursus aut publicae valetudinis, possunt totam quoque dioecesim seu locum a ieiunio et ab abstinentia vel etiam ab utraque simul lege dispensare.

§ 3. In religione clericali exempta eandem dispensandi potestatem habent Superiores ad modum parochi, quod attinet ad personas, de quibus in can. 514, § 1.

Can. 1246.

Supputatio diei festi, itemque diei abstinentiae et ieiunii, facienda est media nocte usque ad mediam noctem, salvo praescripto can. 923.

De diebus festis.

Can. 1247.

§ 1. Dies festi sub praecepto in universa Ecclesia sunt tantum: Omnes et singuli dies dominici, festa Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis et sanctissimi Corporis Christi, Immaculatae Conceptionis et Assumptionis Almae

Genitricis Dei Mariae, sancti Joseph eius sponsi, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, Omnium denique Sanctorum.

§ 2. Ecclessiastico praecepto dies festi Patronorum non subiacent; locorum autem Ordinarii possunt sollemnitatem exteriorem transferre ad dominicam proxime sequentem.

§ 3. Sicubi aliquod festum ex enumeratis legitime sit abolitum vel translatum, nihil inconsulta Sede Apostolica innovetur.

Can. 1248.

Festis de praecepto diebus Missa audienda est; et abstinendum ab operibus servilibus, actibus, forensibus, itemque, nisi aliud ferant legitimae consuetudines aut pecularia indulta, publico mercato, nundinis, aliisque publicis emptionibus et venditionibus.

Can. 1249.

Legi de audiendo Sacro satisfacit qui Missae adest quocunque catholico ritu celebretur et in quacunque ecclesia vel oratorio publico aut semi-publico et in privatis coemeteriorum aediculis de quibus in can. 1190, non vero in aliis oratioriis, privatis, nisi hoc privilegium a Sede Apostolica consessum fuerit.

De abstinentia et ieiunio.

Can. 1250.

Abstinentiae lex vetat carne iureque ex carne vesci, non autem ovis, lacticiniis et quibuslibet condimentis etiam ex adipe animalium.

Can. 1251.

§ 1. Lex ieiunii praescribit ut nonnisi unica per diem comestio fiat; sed non vetat aliquid cibi mane et vespere sumere, servata tamen circa ciborum quantitatem et qualitatem probata locorum consuetudine.

§ 2. Nec vetitum est carnes ac pisces in eadem refectione permiscere; nec serotinam refectionem cum prandio permutare.

Can. 1252.

§ 1. Lex solius abstinentiae servanda est singulis sextis feriis.

§ 2. Lex abstinentiae simul et ieiunii servanda est feria quarta Cinerum, feriis sextis et sabbatis Quadragessimae et feriis Quatuor Temporum, pervigiliis Pentecostes, Deiparae in caelum assumptae, Omnium Sanctorum et Nativitatis Domini.

§ 3. Lex solius ieiunii servanda est reliquis omnibus Quadragesimae diebus.

§ 4. Diebus dominicis vel festis de praecepto lex abstinentiae, vel abstinentiae et ieiunii, vel ieiunii tantum cessat, nec pervigilia anticipantur; item cessat Sabbato Sancto post meridiem.

Can. 1253.

His canonibus nihil immutatur de indultis particularibus, de votis cuiuslibet personae physicae vel moralis, de constitutionibus ac regulis cuiusvis religionis

vel instituti approbati sive virorum sive mulierum in communi viventium etiam sine votis.

Can. 1254.

§ 1. Abstinentiae lege tenentur omnes qui septimum aetatis annum expleverint.

§ 2. Lege ieiunii adstringuntur omnes ab expleto vicesimo primo aetatis anno ad inceptum sexagesimum.

Quoad recensitos canones, iuxta Sedis Ap. rescriptum de die 20. Augusti 1917 iam nunc obligantes sequentia declaramus:

1. Festum S. Josephi iam semel apud nos legitime suppressum, vi can. 1247, § 3. ut dies festus sub praecepto considerari nequit; in hoc proinde dispositio in Curr. XVII. e. a. p. 105 contenta, corrigenda est.

2. Vigore facultatis Nobis a Sede A. per rescriptum S. C. Concilii de die 26. Octobris 1917 concessae, dispensamus cum omibus parochis aliisque animarum rectoribus (iis de Tuchów, Pleśna, Zbyl. Góra exceptis) super obligatione applicandi Missam pro populo omnibus diebus festis etiam novisime suppressis, ea tamen sub conditione ut Missam ad intentionem dantium applicent ac totum inde perceptum stipendium in favorem Seminarii puerorum cedant.

3. Ieiunium et abstinentiam quod attinet, separatam suo tempore dabimus instructionem.

N. 6998.

Facultas anticipandi Matutinum cum Laudibus.

Vigore facultatis Nobis a Sede Ap. per rescriptum S. C. Concilii de die 27. Octobris 1917 N. 4378 tributae, ad proximum quinquennium concedimus, ut omnes Nostrae dioecesis sacerdotes plurimis negotiis ac officiis occupati, Matutinum cum Laudibus diei sequentis elapsa duodecima hora meridiei, rationabili tamen causa interveniente, recitare possint ac valeant.

Nabożeństwa Dworskie.

Podajemy do wiadomości Wielebnego Duchowieństwa porządek dni, w których w kościołach Naszej Dyecezyi przy zaproszeniu miejscowych Władz rządowych, wojskowych i autonomicznych mają się odbywać nabożeństwa dworskie, a to:

17 sierpnia — dzień urodzin Najjaśniejszego Pana;

4 listopada — dzień Imienin Monarchy;

27 kwietnia — dzień Imienin Najjaśniejszej Pani;

9 maja — dzień urodzin Monarchini;

10 września — rocznica śmierci ś. p. Cesarzowej Elżbiety;

21 listopada — rocznica śmierci ś. p. Cesarza Franciszka Józefa I.

Odpada na przyszłość nabożeństwo żałobne corocznie w dniu 28 czerwca, odprawiane za spokój duszy ś. p. Cesarza Ferdynanda.

Msze św. Związku mszalnego do odprawienia.

Msze św. na intencye osób zapisanych do dyec. Związku mszalnego w I. półroczu, t. j. do 30. czerwca 1918, odprawią następujący P. T. Kapłani:

Salewski, Sandecki, Sękowski, Sępek, Siedlik, Siemieński, Sieniewicz, Sierosławski, Sikorski, Sitko, Skibniewski, Skirło, Skopiński, Skura, Skórka, Skwirut, Słonina, Słowiński, Smoliński, Smoła, Smołka, Solak Jan sen., Solak Jan iun., Solak Stan., Sołtys, Sora, Sotowicz, Sroczyński, Sroka Józef, Sroka Mich., Stabrawa, Stach, Dr Stanczykiewicz, Stańczyk, Starzec, Stasiński, Stasiowski, Staszałek, Stawarz, Stec, Stefański, Stopa, Stosur, Sulisz, Sulma, Superson, Suwada iun., Suwada sen., Szczerbiński, Szczygieł.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Decorati: A R. DD. *Kozak Ludovicus,* par. in Borzęcin et *Franczak Joseph.,* par. in Wierzchosławice usu R. et M., *Valentinus Święch,* par. in Szyk et *Josephus Głuc,* par. in Niedźwiedź usu Expos. can.

Nominatus: R. D. *Paulus Wieczorek,* catech. Mielec — catech. scholae nat. in Brzesko.

Translatus: R. D. *Przewłocki Stanislaus,* Coop. e Witkowice — ad Trzęsówka.

Piis ad aram precibus commendantur:

Anima p. m. *Głąb Joannis,* Catech. in Brzesko, qui die 20. Decembris vita functus est. S. p. a.

p. m. *Bedański Josephi,* presb. defic.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 15. stycznia 1918.

Ks. Dr Stanisław Bulanda
kanclerz

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.